



Años de Abrahan.	Olimpiadas.	Imp.	Años de Cristo.
2478	2	3	461
<p>Theodoricus cum Duce suo Sunierico exercitus sui aliquantam ad Beticam dirigit manum. Cyrila revocatur ad Galias. Suevi nihilominus Lusitani a partes cum Maldra, alii cum Remismundo Gallæciam deprædantur (459). Eruli maritima conventus Lucensis loca nonnulla crudelissime invadunt ad Beticam pertendentes (459). Maldras germanum suum fratrem interficit, et Portucale castrum idem hostis invadit (459). Iter Suevos et Gallæcos interfectis aliquantis honestis natu, malum hostile miscetur (459). Legati a Nepotiano Magistro militum, et a Sunierico Comite missi veniunt ad Gallæcos nuntiantes Majorianum Augustum, et Theodoricum Regem firmissima inter se pacis jura sanxise, Gothi in quodam certamine superatis (459).</p>			
2479	3	4	462
<p>Maldras in fine mensis Februarii jugulatus meritis perit interitu (460). Per Suevos Luco habitantes, in diebus Paschæ Romani aliquanti cum Rectore suo honesto natu repentino securi de reverentia dierum occiduntur incursu (460). Mense Majo Majorianus Hispanias ingreditur Imperator; quo Carthaginensem Provinciam pertendente, aliquantas naves quas sibi ad transitum adversum Wandalos præparabat, de litore Carthaginensi commoniti Wandali per proditores abripiunt. Majorianus ita a sua ordinatione frustratus ad Italiam revertitur (460). Pars Gothici exercitus a Sunierico et Nepotiano Comitibus ad Gallæciam directa; Suevos apud Lucum deprædantur, quæ Dictinio, Spinione, et Ascanio delatoribus, spargentibusque ad terrorem propriæ venena perfidiæ, indicata recurrit ad suos: ac mox iisdem delatoribus, quibus supra, Frumarium cum manu Suevorum quam habebat impulsus, capto Idatio Episcopo septimo Kalendas Augusti in Aquæflaviensi Ecclesia, eundem Conventum (1) grandievertit excidio (460). Remismundus vicina pariter Auregensium loca, et Lucensis Conventus maritima populatur (460). Inter Frumarium et Remismundum oritur de Regni potestate dissensio (460). Gallæcorum et Suevorum pacis quædam umbra conseritur (460). A Theodorico Legati ad Suevos reniunt, et recurrunt (460). Suniericus Scalabim, cui adversabatur, obtinet Civitatem (460). Idatius, qui supra, tribus mensibus captivatis impletis, mense Novembri miserantis Dei gratia contra votum et ordinationem supradictorum delatorum, redit ad Flavias (460). De Rege Theodorico Legati gentis perfidæ revertuntur (460). Gaisericus Rex a Majoriano Imperatore per Legatos postulat pacem (460).</p>			
MMCDLXXX	4	5.	463
<p>1. (2) Majorianum de Galliis Romam redeuntem, et Romano Imperio Vel nomini res necessarias ordinantem Rechimer livore percitus, et invidorum consilio fultus fraude interficit circumventum (461). Romanorum XLV Severus a Senatu Romæ Augustus appellatur anno imperii Leonis quinto (461).</p>			
2491	CCCXI	6.	464
<p>2. Suniericos redit ad Galias. Nepotianus Theodorico ordinante Arborium accipit successorem (462).</p>			

(1) V. la nota 15.

(2) V. la nota 14, n. 13.



Años de Abrahan.	Olimpiadas.	Imp.	Años de Cristo.
2482	2	7	465
<p>In provincia Gallæcia prodigiorum videntur signa diversa. Era D. VI Nonas Martias pullorum cantu ab occasu Solis Luna in sanguinem plena convertitur. Idem dies sexta Feria fuit (462). Antiochia major... Isauriæ inobediens monitis salutatis aliquantis qui eum obaudientes timori Domini sunt secuti de interitu liberatis, turrium etiam solis camunibus extantibus super terram (462). Gaisericus Valentiniani relictam Constantinopolim remittit. Filie ipsius una Gentoni Gaisericus Filio, alia Olybrio Senatori Urbis Romæ jure matrimonii copulantur (462). Agrippinus Gallus et Comes et Civis, Ægidio Comiti viru insigni inimicus, ut Gothorum merretur auxilia, Narbonam tradidit Theodorico (462). (1) Adversus Ægidium Comitem utriusque militiæ, virum (ut fama commendat) Deo bonis operibus complacentem, in Armoricana Provincia Fretiricus frater Theuderici Regis insurgens, cum his cum quibus fuerat, superatus occiditur (463). Cum Palegorio, viro nobili Gallæciæ, quid ad supradictum fuerat Regem Cyrila Legatus ad Gallæciam veniens, euntes ad eundem Regem Legatos obviat Remismundi: qui regressi in celeri, revertentem Cyrilam in Lucensi Urbe suscipiunt. Post cujus mox egressum de Gallæcia, Suevi promissionum suarum ut semper fallaces et perfidi diversa loca infelicis Gallæciæ solito deprædantur (463). Per Theodoricum ad Suevos Remismundos, et Cyrila cum aliquantis Gothi, qui prius venerant remittuntur. Cyrila in Gallæcia remanente, Remismundo mox recurrente ad Regem, inter Gallæcos et Suevos indisciplina perturbatio dominatur (463). Romanæ Ecclesiæ XLIV præsidet Episcopus Hilarius (463). (2) Nepotianus recedit e corpore (464). Frumarium mortuo Remismundus omnibus Suevis in suam ditionem regali jure revocatis pacem reformat elapsam (464). Mense Majo supradicti viri Ægidi i Legati per Oceanum ad Wandalos transeunt, qui eodem cursu Septembri mense revertuntur ad suos (464). Decimo tertio Kal. Augusti die secunda Feria in speciem Lunæ quintæ Sol de lumine suo ab hora tertia in horam sextam cernitum minoratus (464). Legatos Remismundus mittit ad Theodoricum, qui similiter suos ad Remismundum remittit cum armorum adjetione, vel munerum directa et conjuge quam haberet (464). Wandali per Marcellinum in Sicilia cæsi effugantur ex ea (464). Ægidius moritur, alii dicunt insidius, alii veneno deceptus. Quo desistente mox Gothi regiones invadunt, quas Romano nomini tuebatur (464). Suevi Conimbricam dolose ingressi familiam nobilem Cantabri spoliant, et captivam abducunt matrem cum filiis (464). Legati eodem anno duabus vicibus a Rege Suevorum mittuntur ad Regem Theodoricum, ad quem et Arborius proficiscitur evocatus (464).</p>			
2483	3	8.	466
<p>4. Reversi Legati Suevorum obiisse nuntiant Severum,</p>			

(1) V. la nota 14, n. 12.

(2) Año 464, V. la nota 14, n. 12.



Años de Abrahan. Olimpadas. Imp.

Años  
de  
Cristo.

Imperii suo anno quarto. Qui supra remittuntur ad Conimbricam (465).

Ajax natione Galata, effectus apostata, et senior Arianus, inter Suevos Regis sui auxilio hostis Catholicæ Fidei et Divinæ Trinitatis, emergit. De Gallicana Gothorum habitatione hoc pestiferum inimici hominis virus advectum (465).

Suevi adversum Aunonensem sæviunt plebem: qua de causa Legati a Theodorico ad Remismundum mittuntur incassum, spretique ab eo mox redeunt (466).

De Constantinopoli a Leone Augusto Anthemius frater Procopii cum Marcellino, aliisque comitibus viris electis, et cum ingenti multitudine exercitus copiosi, ad Italiam Deo ordinante directus ascendit (466).

Romanorum XLVI Anthemius octavo milliario de Roma Augustus appellatur, anno Leonis imperii octavo mense Augusto (466).

- 2484 4 9. 1. Expeditio ad Africam adversus Wandalos ordinata metabolarum conmutatione et navigationis inopportunitate revocatur. (Como al margen.) 467

Per Theudoricum Salla Legatus mittitur ad Remismundum Regem Suevorum, qui reversus ad Gallias eum a fratre suo Eurico reperit interfectum.

Euricus pari scelere quo frater succedit in regnum: qui honore proventus et crimine Legatos ad Regem dirigit Suevorum, quibus sine mora a Remismundo remissis, ejusdem Regis Legati ad Imperatorem, alii ad Wandalos, alii diriguntur ad Gothos.

De Aunonensi plebe, cui Suevorum adversabatur hostilitas, Opilio cum viris secum a Rege profectis, et cum aliquantibus qui cum ipso missi fuerant, revertitur.

Gothi qui ad Wandalos missi fuerant, supradictæ expeditionis rumore peterriti, revertuntur in celeri; pariter et Suevi, qui post Legatos more solito per diversa loca in prædam dispersi fuerant, revocantur: sed paucis post mensibus ipse Rex Suevorum ad Lusitaniam transit.

- 2485 CCCXII 2. Conimbrica in pace decepta diripitur: domus destruantur cum aliqua parte murorum, habitatoribusque captis atque dispersis, et regio desolatur et Civitas. 468

Legati de Gothico reversi portenta in Gallis visa aliquanta, in conspectu... similem ipsi de continuo paruisse Solem alium visum... Solis occasu. Congregatis etiam quodam die concilii sui Gothis tela quæ habebant in manibus, a parte ferrit, vel acie, alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem aliquandiu non habuisse mutata. Medio Tolosæ Civitatis hisdem diebus e terra sanguinem erupisse, totoque diei fluxisse curriculo.

- 2486 2 3. Legatorum Suevorum reditum aliquanta Gothorum manus insequens Emeritam petit. 469

Ulixippona a Suevis occupatur, cive suo qui illic præerat, tradente Lusidio. Hac re cognita Gothi, qui venerant, invadunt, et Suevos deprædantur, pariter et Romanos ipsis in Lusitanæ regionibus servientes.

Legati qui ad Imperatorem missi fuerant, redeunt, nuntiantes sub præsentia sui magnum valde exercitum cum tribus Ducibus lectis adversum Wandalos a Leone Imperatore descendisse, directo Marcellino pariter cum manu magna eidem per imperatorem Anthemium sociata. Rechimerum generum Anthemii Imperatoris, et Patricium factum: Asparem degradatum ad privatam vitam, filium ejus occisum, adversus Romanum Imperium, sicut detectique sunt, Wandalis consulentes.



Años de Abrahan. Olimpadas. Imp.

Años  
de  
Cristo.

Hilario defuncto sex Sacerdotii sui annis expletis, XLV Romanæ Ecclesiæ Simplicius Episcopus ordinatur.

Aunonenses pacem cum Rege faciunt Suevorum, qui Lusitanæ et Conventus Asturicensis quædam loca prædantes invadunt.

Gothi circa eundem Conventum pari hostilitate de sæviunt, partes etiam Lusitanæ deprætantur.

Lusidius per Remismundum cum suis hominibus Suevis ad Imperatorem in Legatione dirigitur.

Durissimus extra solitum hoc eodem tempore annus hiberni, veris, æstatis, autumnus in aeris et omnium fructuum permutatione diffunditur.

Signa etiam aliquanta et prodigia in locis Gallæciæ pervidentur. In flumine minio, de Municipio Lais milliario ferme quinto, capiuntur pisces quatuor novi visu et specie, sicut retulere qui coperant christiani et religiosi, Hebræis et Græcis litteris, Latinis autem Ærarum numeris insigniti ita CCCLXV anni circulum continentes, pari mensium intervallo. Haud procul de supradicto Municipio in speciem lenticulæ viridissimorum ut herba quædam forma granorum plena amaritudine defluxit e Cælo; et multa alia ostenta, que memorare prolixum est.

## NOTAS Y CORRECCIONES SOBRE EL CRONICON DE IDACIO.

### NOTA I.

#### De la patria de Teodosio el Grande.

1 Al año I de Teodosio, dice Idacio que este emperador fué gallego, natural de una ciudad llamada Cauca. La más comun opinion le hace andaluz, recurriendo á la ciudad de Itálica, patria de Trajano. Unos y otros tienen en que fundarse; y como el héroe es tan grande, bien pueden competir por él muchas ciudades. Yo no tengo interes en los partidos; por tanto, mirando imparcialmente los fundamentos, me aplico á la parte de Galicia, pues hallo en su favor la mayor antigüedad y mejor calidad de los apoyos.

2 El primero que hizo andaluz á Teodosio fué el conde Marcelino, que empezó su cronicon diciendo: *Theodosius Hispanus, Italica divi Trajani Civitatis, etc.* Este escritor fué muy posterior al tiempo de Teodosio, y de una nacion muy distante de España, habiendo escrito en el año 534, en que acabó su cronicon, en el consulado IV de Justiniano, y siendo Ili-

riciano, como dice Casiodoro, *Ins. div.*, capitulo XVII. Por tanto, teniendo contra sí á otros escritores más antiguos, y el uno de la misma nacion que Teodosio, parece que se debe poner su autoridad. Tales fueron Zósimo, historiador griego, é Idacio, natural de Galicia. Uno y otro vivian cuando imperó Teodosio. Zósimo escribió en la entrada del siglo V, y hablando en su libro IV de nuestro emperador, dice así: *ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Καλλιγίας πόλεως Κανακας ὀρμῶν μενουον*, que es lo mismo que oriundo de Cauca, ciudad de Galicia, en España; y aunque por la distancia de la Grecia le quieras quitar algo, tienes mucho que añadir por el testimonio de Idacio, que no sólo era tambien coetáneo, sino español y gallego, de quien no tenemos fundamento para sospechar que hablase por el preciso testimonio de Zósimo, pues es naturalísimo que no viese tal obra, por estarse escribiendo en el Oriente cuando Idacio estaba ya en Galicia; ni por amor apasionado á su patria, porque siendo tan reciente y tan grande ya materia, precisamente habia de estar muy fresca la memoria de la descendencia de Teodosio; y cuando un obispo de tanta integridad